

SACROSANCTUM, OECUMENICUM
CONCILII
TRIDENTINUM,

ADDITIS DECLARATIONIBUS CARDINALIUM
CONCILII Interpretum, ex ultima recognitione

JOANNIS GALLEMART,

ET CITATIONIBUS JOANNIS SOTEALLI
Theologi, & HORATII LUCH Jurisconsulti; necnon Remissionibus
D. AUGUSTINI BARBOSÆ: Quibus recens accesserunt utilissimæ
Additiones BALTHASSARIS ANDREÆ J. C. Casar Augustani, cum
Decisionibus variis ROTÆ ROMANÆ eodem spectantibus.

NUNC DEMUM HAC POST REMA EDITIONE
Utilissimis Annotationibus Practicis Reformationem & Forensis
concernentibus D. CARD. DE LUCA illustratum.

EDITIO REFORMATA, ET SUPRA OMNES
Superiores Gallicas & Belgicas locupletata, item per multis PONTIFICUM
CLEMENTIS VIII. PAULI V. & URBANI VIII. insertis ad varia
CONCILII Capita Constitutionibus.

CUM INDICE LIBRORUM PROHIBITORUM EX PRÆSCRIPTO
CONCILII, necnon Propositionibus à variis PONTIFICIBUS hucusque damnatis.



TRIDENTI, MDCCXLV.

Sumptibus Societatis.

CUM SUPERIORUM PERMISSU.



P R A E F A T I O, S I V E A D M O N I T I O A D L E C T O R E M B E N E V O L U M

*De anterioribus hujus Operis editionibus, deque hac
nostra nunc recenter auctius prodeunte.*



Uoniam Pius IV. interdixerat, ne cui, prout liberet, sacra Oe-
cumenici Tridentini Concilii decreta liceret exponere, privata-
que auctoritate interpretari, sed si cui dubium aliquod appa-
reret, Sedem Apostolicam accederet, quæ per Illustrissimos Car-
dinales in eam rem Delegatos id resolveret atque enodaret; De-
clarationes ejusmodi Cardinalium, difficultatem Concilii Inter-
pretum, rogari, observari, atque in veneratione habeti ceperunt. Manuferi-
ptæ, ut rara chimelia paucorum manibus ferebantur, donec in Germania,
Galliis, Hispaniis, ac demum in Belgica typis vulgatae, atque ex eruditiorum
virorum censura, Regum etiam Principumque privilegiis donatae, publici ju-
ris factæ, in oculos manusque passim omnium devenerunt. Putaverunt Typo-
graphi bene se atque ex publica re facturos, si lucernam accensam ponerent
non sub modio, sed super candelabro, ut luceat omnibus, qui in domo sunt:
omnibus, inquam, qui in Ecclesia Christi versantur, quibus Concilii latæ le-
ges sunt, si qua parte obscurius aliquid dictum fuerit, illustratæ appareant,
quæque ad unius forte postulationem elucidata sunt, omnibus, quos eadem
spinæ difficultatum tribulique dubitationum pungerent, plana fierent. Sic Phi-
losophi asserunt, bonum omne natura sui esse diffusivum. Porro nullibi haes-
tus emendatus, quam Duaci Declarationes impressæ sunt, ob operam & in-
dustriam Joannis Gallemart, S. T. Doctoris, & in Academia Duacena Pro-
fessoris, qui priores editiones recensuit, limavit, summaque fide exemplarium
varietatem recognovit. Ceterum, nescio qua occasione, fugit illius diligen-
tiam pars melior declarationum illa, quæ cum die & consule, ad finem alio-
rum exemplarium impressorum, manuscriptorumque, a 21. Martii, 1591. pos-
ita erat. Itaque eam partem huic Operi ad finem intexui, sic tamen, ut
in ordinem Concilii redacta sit, singulaque declarationes ad sua capita revo-
catæ. Quibus aliæ (nimis in quibus tempus & dies in margine additi non
sunt) accesserunt nonnullæ, ex fidelibus exemplaribus manuscriptis, uno pre-
sertim a viro quodam probe erudito in ipsa Urbe descripto, suppeditatis
Textum ipsum Concilii adjunxi, quo facilius Lector cum, declarationesque
ad cum relativas simul capere possit. Accesserunt denique Remissiones P. Au-
gustini Barbosæ, nullum etiam interpretationis privata genus continentis, sed
nudas tantum Doctorum citationes, qui incidenter varia Concilii loca tra-
ctaverunt; de quibus audi ipsam Barbosam, ejusque prologum apologeticum:
(De consilio, inquit, doctissimorum virorum, qui divini & humani Juris
peritissimi extitere, Bullæ Pij IV. prohibitionem solum procedere in illis dif-
ficul-



S A C R O S A N C T I,
OECUMENICI & GENERALIS
CONCILII TRIDENTINI
SESSIO PRIMA,
SUB PAULO III. PONTIFICE MAXIMO
Celebrata die decimatertia Mensis Decembris,
Anno Domini millesimo quingentesimo
quadragesimo quinto.

*Decretum ab yd*sic* * de inchoando
CONCILIO.*



LACETNE vobis, ad laudem & gloriam sancte, & individuae Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ad incrementum & exaltationem Fidei & religionis Christianae, ad extirpationem haeretorum, ad pacem & unionem Ecclesie, ad reformationem Cleri & populi Christiani, ad depressionem & extinctionem hostium Christiani nominis, decernere & declarare, sacrum Tridentinum & generale Concilium incipere, & incepsum esse? Responderunt: PLACET.

Indictio future Sessionis.

Et cum proxima sit celebritas Nativitatis Domini nostri JESU CHRISTI. Conc. Trid. cum Gall.

STI, & subsequantur aliæ festivitates labentis & incipientis anni; placeat vobis primam futuram Sessionem habendam esse die Jovis post Epiphaniam, quæ erit septima Mensis Januar. Anno Dom. M.D. XLV. Responderunt: PLACET.

R E M I S S I O N E S.

* An Concilium generale absque auctoritate summi Pontificis celebrari possit? Negat Bobadil. in sua politie. lib. 2. esp. 18. n. 194. ubi etiam resolvit, quod licet Principes secularis non possint illud convocare, possunt tamen per suos judices ad illius agere observationem.

¶ An summus Pontifex possit dispensare super Concilium? Affirmant, si de eo faciant expressam mentionem, & non sufficiere clausulam derogatoriam generalem. Cott. in memor. verbo, clausula non obstante. Rebus. in Anth. habita, verbo, examinatione p. 580. cum seq. C. ne filius pro patre, & in praxi benef. sit. de dispensat. super defecuum natural. n. 24. Gutier. præf. l. 3. q. 17. num. 231.

Aloys.

INDEX

LIBRORUM PROHIBITORUM

Ex CONCILIO TRIDENTINO præscriptus,
AUCTORITATE PII IV. PRIMUM EDITUS,
postea vero a SIXTO V. auctus, demum CLEMENTIS VIII.
jussu recognitus.

Additis regulis, ac exequenda prohibitionis ratione.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

SAcrosanctum Catholicæ fidei depositum, sine quo Deo placete, aut æternam salutem consequi nemini licet, ut salvum in Ecclesia Dei perpetuo conservaretur, posterisque inviolatum traderetur, pastoralis Romanorum Pontificum vigilancia, summo semper studio & contentione laboravit. Ipsi enim a Christo Dominio, hujus tam pretiosi depositi auctore, & illud fideliter custodiendi, & bonum semen patrisfamilias, ab inimici homini zizaniis discernendi, & Ecclesiam salutari doctrina ædificandi, præcipuam curam, summamque potestatem, in Beatissimo Petro Apostolorum Principe acceperunt. Quocirca sanctæ memorie Gelasius Primus, & Gregorius IX. aliquæ complures Romani Pontifices, Prædecessores nostri, zelo zelati pro domo Domini exercituum, ut hanc fidei Catholicæ, doctrinæque integratam, salvam incorruptamque in Ecclesia Dei retinerent, Apostolici

animi magnitudine, pro muro domus Israel, adversus ejusdem fidei hostes scipios opposentes, ne illorum dolis & infidili imprudentes & simpliciores homines caperentur, lucem a tenebris, prava a rectis sequentur, quæ sequenda, quæ cavenda essent, Christi fidelibus declararunt, probatos, laudabiles, orthodoxos liberos ab adulterinis, perniciosis & apocryphis singulari diligentia distinxerunt, postremo hereticorum impia dogmata, & noxia, ac venenata scripta, Conciliorum decretis, Pontificiis constitutionibus, aut alio opportuno censuræ genere condemnauit. Sed cum nostris hisce calamitatibus, & novissimis temporibus, antiquus humani generis hostis, a sua malitia nunquam recedens, ad eandem Catholicam doctrinam, & veritatem labefactandam pestiferas hereses, & detestabiles errores, aut novos confiasset, aut veteres ex inferis excitasset; sacra Tridentina Synodus pesti-

APPENDIX,
SIVE
ANNOTATIONES PRACTICÆ
A D
SACRUM CONCILII TRIDENTINUM
Eminentissimi & Reverendissimi D. D.
JOANNIS BAPTISTÆ
CARDINALIS DE LUCA,
IN REBUS CONCERNENTIBUS
REFORMATIONEM, ET FORENSIA.